¶ 13 Pr̄t. Secundum Aug. in li. de Trin. id, quod excedit suum subiectum, inest alieui essentialiter, non accidit aliter, unde probat, quod amor & notitia insunt menti essentialiter: quia mens, non solum seipsum amat & cognoscit, sed alia libe. autē arb. extendit se ultra subiectum, quia anima libera reagit in ea, quae sunt extra ipsam. ergo libe. arb. est essentialiter inest anima, & ita non est potentia, cum potentia essentiā superaddatur pot.

¶ 14 Pr̄t. Nulla potentia educit se in actum: sed lib. arb. educit se in actum cum uoluerit. ergo libe. arb. non est potentia.

SED CONTRA, Secundum Philos. in 2. Eth. tria sunt in anima potentia, habitus & passio; libe. autē arb. nō est passio, cum sit in superiori animē parte: passio autem, & passibilis qualitas sunt folium circa partem sensitiuam: similiter non est habitus, cum sit subiectum gratia, habet enim se ad gratiam secundum Aug. ut equus ad sefiore, habitus uero non potest alterius habitus esse subiectum, ergo relinquitur, quod liberum arbitrium sit potentia.

¶ 15 Pr̄t. Hoc uidetur inter potentiam & habitum distare, quod potentia quē se ad opposita habet per habitum determinat ad unum; sed libe. arb. nominat aliquid ad opposita se habens, nullo modo determinat ad unum. ergo libe. arb. est potentia, & non habitus.

¶ 16 Pr̄t. Ber. dicit, tolle libe. arb. & non est quod saluator: sed id, quod saluator, est anima uel anima potentia. ergo liber. arb. cum non sit anima, quia ad solam partem superiorē pertinet, relinquitur quod sit potentia.

¶ 17 Pr̄t. Magister dicit in 2. sent. 24. dist. illa anima rationalis potentia, qua uelle bonum uel malum potest utrumque discernens, lib. arb. nuncupatur, & sic libe. arb. est potentia.

¶ 18 Pr̄t. Ansel. dicit quod liber. arb. est potestas conferandi rectitudinem voluntatis propter se, & sic idem quod prius.

RESPO N. Dicendum, q̄ libe. arb. si uis uocabu li attendatur, nominat actum: sed ex ista loquendi tractum est ut significet i quod est principium actus. Cum n. dicimus esse hominem libe. arb. nō intelligim⁹ qđ actū libere iudicet, sed quod h̄ec in se unde possit libere iudicare. uñ si iste actus, q̄ est

Li. 1. Hypo noſtico non preceſ a print. com. 7.

9. de Trin. c. 4. tom. 3.

Li. 1. Hypo noſtico a med. li. 10. 7

In li. de li. arb. non re mote a pri.

Magister li. 2. sent. 24.

Li. de Con cordis gra tis, & libe. arb. cap. 1.

QVÆS. XXHH. DE LIB. ARBIT. ART. III.

est libere iudicare, habeat in se aliquid quod uim potentiæ excedat, tunc liberum arbitrium nominabit habitum uel potentiam per habitum perfectam, sicut moderate irasci dicit aliquid, quod uim irascibilis excedit, nam moderata iram passionis non potest irascibilis per seipsum, nisi fuerit aliquo habitu perfecta, secundum quem in eerationis moderatione imprimatur. Si vero libere iudicare non importet in se aliquid, quod uim potentiae excedat, libet etiū arbitrium non nominabit nisi potentiam absolute, sicut irasci non excedit uim potentiae irascibilis, unde proprium eius principium potentia est, & non habitus. Constat autem quod iudicare, si nihil addatur, non excedit uim potentiae eo quod est alicuius potentie actus rationis per propriam naturam, sine hoc quod aliquis habet superadditus requiratur, hoc autem quod additur libere, similiter uim potentiae non excedit. Nam secundum hoc aliquid libere fieri dicitur, quod est in potestate facientis esse autem aliquid in potestate nostra, inest nobis secundum aliquam potentiam, non autem per aliquem habitum, s. per uoluntatem, & ideo liberum arbitrium habitum non nominat, sed potentiam uoluntatis uel rationis, unam siquidem per ordinem ad alteram. Sic nam eius electionis progradientur ab una, scilicet per ordinem ad aliam, secundum hoc quod phil. dicit 6. Ethi. quod electio est appetitus intellectus, uel intellectus appetitus, patet etiam ex dictis, unde siquidem moti sunt ad ponendum liberum arbitrium esse habitum. Quidam enim hoc posuerunt propter id, quod superadditum liberum arbitrium super uoluntatem & rationem, scilicet ordinem unius ad alteram, sed hoc non potest ratione habitus habere, nomine habitus proprie accepto. Nam habitus est qualitas quidam, secundum quam inclinatur potentia ad actum. Quidam uero dixerunt libe. arbitrii esse habitualem potentiam considerantes facilitatem, ex qualibet iudicamus, sed hoc ut iam dictum est, ratione potest non excedit.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod aliquid dicitur esse facile dupliciter, uno modo, propter remotionem impedimenti, alio modo, propter appositionem adiutorii. Facilitas igitur pertinet ad habitum est per adiutorii appositionem: nam habitus inclinat potentiam ad actum, hanc autem facilitatem non nominat libe. arbitrii, eo quod quantum est de se non inclinatur in unum magis quam in aliud; sed nominat facilitatem, quae est per remotionem impedimenti, eo quod liberum arbitrium non impeditur aliquo cogente a propria operatione. & ioh. Aug. proprie liberum arbitrium facultatem non nominat non facilitatem: quia facultas hoc importare videtur, ut aliquid sit in potestate facultatum hentis.

Et similiter est dicendum ad secundum & tertium, quæ procedunt de facilitate habitus.

AD TERTIUM. Dicendum, quod in actu duplex motus potest considerari, unus, qui pertinet ad rationem habitus, sicut cum bene vel male aliquid agitur: alius qui pertinet ad rationem potentiae, sicut cognoscere immaterialiter conuenit intellectui ex ipsa natura potentiae, modus igitur importatus in hoc quod dico; libe iudicare non pertinet ad aliquem habitum super additum: id ad ipsa potentie ratione pertinet, ut dictum est.

Et per hoc patet solutio ad quintum.

AD VI. Dicendum, quod homo male uerendo libero arbitrio, non totaliter ipsum perdidit; sed quantum ad aliquid; quia si post peccatum non potest esse sine peccato, sicut poterat an peccatum.

AD VII. dicendum, quod quantum gratia nullus possit male uti: liberu[m] in arb. habente gratia libertatem potest alius male uti, prout dicimus aliquid male uti, quod est principium mali usus, ut potestia vel habitus. Si autem dicamus aliquo male uti, sicut obiecto visus, sic uirtutib[us] & gratia male uti contingit, ut patet in his, qui de uirtutibus imperficiuntur.

AD VIII. Dicendum, quod Bern. improprie habitus accipit pro quacumque a facilitate.

AD IX. dicendum, quod duplicitate ratione potestia habitu indiget, primo quidem, ga operatio, quae est per potentiam educendam excedit uim potentiae, quamvis non excedat uim totius naturae humanae: alio modo, quia totius naturae uim exceedit, & hoc secundo modo habitibus indigenentur animæ potentiae, quib[us] actus meritorii claram, siue sint affectuæ siue intellectuæ: quia in humero modi actus non possunt nisi habitus gratia superaddantur. Primo autem modo indiget habitu intellectus, eo quod intelligere aliquid non potest, nisi similem ei per speciem intelligibilem. Non potest species intelligibilis superaddi, quibus actu exeat intellectus: spectrum autem aliquis ordinatio habitu efficit. & eadem ratione appetitus inferiores, irascibilis habitibus indigenet, unde pertinet uirtutibus moralib[us]. Quod enim actiones moderantur, non excedit naturam humanae; sed excedit uim dictarum potentiarum. Unde potest quod id, quod est superioris potentiae, in eius imprimatur, & ipsa sigillatio rationis in inferiorib[us] uirtutibus formaliter perficit uirtutes morales. Effectu autem superior non indigeret hoc modo aliquo habitu, quia naturaliter tendit in bonum, sicut in connaturale, sicut in proprium obiectum. Vnde ad hoc quod velit bonum, non requiretur, ut ostendatur sibi per uim cognitionis. & ideo Phil. non posuerunt aliquem habitum, nec naturalem, nec acquisitum, sed ad dirigendum in operatiis posuerunt prudentiam in ratione, & temperatiam, & fortitudinem, & alias virtutes morales in irascibili, & concupisibili: sed secundum theologos in uoluntate ponitur habitus chiamatis propter actus meritorios.

AD X. Dicendum, quod ista restrictio rationis voluntatis non sit per aliquem habitum superadditum: sed per ordinem unius potentiae ad aliam.

AD XI. Dicendum, quod facultas, quae est per inclinationem habitus, addit supra potentiam aliquid, quod est alterius naturæ, scilicet habitu, ad facultas, quae est per remotionem, coadiuant ad determinatam naturam potentiae, quod tam perpertinet ad ipsam naturam potentiae, sicut differentia, quæ superadditur generi pertinet ad naturam speciei.

AD XII. Dicendum, quod Aug. definit liberum arbitrium per actum proprium, eo quod potest per actus cognoscere. Vnde predicatione illa non est essentialis, sed causalis.

AD XIII. Dicendum, quod quantum in proprietatem uocabuli liberum arbitrium actum minor, tamen secundum uolum loquenter ad significandum actus principium est translatum.

AD XIV. Dicendum, quod noritia & amor simpliciter possunt comparari ad mentem. Vno modo, ut ad amationem & cognoscenciam: & sic ipsam mens non excedunt, nec recedunt ab aliorum accidentiis militidine. Alio modo, possunt comparari ad mentem, ut ad amatam, & cognitam: & sic excedunt mentem, quia mens non solum se amat, & cognoscit, sed est.

capit. 2. non
procul a fi-
ne tom. 5.
In isto. art.

Loco citato
in arg. 12.

alla, & sic recedunt ab aliorum accidentium simi litudine. Nam accidentia alia illo respectu quo cō parantur ad subiectum, non comparantur ad ali quid extra; sed agendo comparantur ad extra, in hærendo ad subiectum. Amor nero & notitia ali quo uno modo comparatur ad subiectum, & ad ea quæ sunt extra, quamvis aliquis modus sit quo comparantur ad subiectum tantum. Sic ergo non oportet, quod amor & notitia sint essentialia mēti si secundum quod mens per suam essentialiam cognoscitur & amatur.

AD XV. Dicendum, quod ratio procedit de potentiâ passiva ad esse; qualis est materia prima, quæ non producit se ad actum, non autem locum hæret de potentia operativa, qualis est liberum arbitriū quæ ad actum ducitur per obiectum.

ARTICULUS V.

Vtrum liberum arbitrium sit una potentia vel plures.

Q Vinto queritur, utrum liberum arbitriū sit una potentia, vel plures. & uidetur quod sit plures potentiae, ut enim dicit August. liberum arbitriū est facultas voluntatis, & rationis: ratio autem & voluntas sunt diuersæ potentiae. ergo liberum arbitriū ad diuersas potentias pertinet.

P 1 Præt. Potentiae cognoscuntur per actus: sed liberum arbitriū aſtrinuntur actus diuersarum potentiarum, ut enim dicit Damas. in 2.lib. de Libero arbitrio, in nobis hoc contingit puta moueri & non moueri, impetum facere & non facere, appetere, & non appetere, & alia huiusmodi, quæ certum est ad plures potentias pertinere. ergo liberum arbitriū est plures potentiae.

P 2 Præt. Boe. dicit in lib. de Consol. diuinis substantiis, f. angelis liber. arbitrium secundum hoc inest: quia est in eis perspicax iudicium & voluntas incorrupta: sed perspicacitas iudicij ad rationem pertinet. ergo liberum arbitriū includit in se voluntatem & rōnem, & ita liberum arbitriū est plures potentiae: sed dicendum, quod est una potentia habens virtutem duarum.

P 3 Sed contra, sicut in parte superiori anime inuenitur cognitiva & affectiva, ita in parte inferiore: sed in parte superiori non est aliqua potentia, quæ habeat in se uitrum cognitivæ & affectivæ. ergo nec in parte inferiori.

P 4 Præt. Boe. dicit in lib. de Consol. Philosophie, quod extrema seruitus est, cum mentes humanae uitis dedira, mox incipientibus nube caligant, & pernicioſis turbantur affectibus: seruitus autem de qua ibi loquitur, libertati arbitrii opponitur. ergo liberum arbitriū includit in se rationem & affectum: & sic idem quod prius.

SED CONTRA. Homo dicit minor mundus, inq

tum in eo maiori mundi similitudo inuenitur:

sed in maiori mundo non inueniuntur duas extre

me nature sine media. ergo nec in hoc inueniuntur duas potentiae extremitate sine media.

Inuenitur autem una potentia in homine, que semper tedit in bonum. s. synderesis, & alia quasi huic opposita

que semper inclinat in malum. s. sensualitas. ergo

inuenitur aliqua vna potentia, que se habet ad bo

num, & malum, & hec est liberum arbitriū: &

sic vñ quod liberum arbitriū sit vna potentia.

RESPON. Dicendum, quod dupli considera

tione fuerunt quidam moti, ad ponendū liberū arbi

triū: scilicet plures potentias. Vna quidem ex hoc, qđ

A videbant per liberum arbitrium nos posse in acto omnium potentiarum. unde ponebant liberum arbitrium esse, quasi totū uniuersale respectu omnium potentiarum: sed hoc esse non potest, quia si sequeretur quod in nobis sint multa libera arbitrii propter potentiarum multitudinem: multi n. homines sunt multa animalia. Nec hoc ad ponendum cogimur ratione predicta omnes. nam actus diuersarum potentiarum non referuntur ad liberū arbitrium, nisi mediante uno actu, qui est eligere. Secundum hoc enim liberum arbitrio mouemur, quod liberum arbitrio moueri eligimus, & sic de aliis actibus. Vnde ex hoc non ostenditur, liberum arbitrium esse plures potentias; sed esse unam potentiam mouentem sua virtute potentias diuersas. Alia vero confideremus mouebantur quidam, ad ponendum pluralitatem potentiarum in liberō arb. ex hoc, quod videbant in actu liberī arbitrii concurrere aliqua, qđ ad diuersas potentias pertinet. s. iudicium quod est rōnis, & appetitum, qui est uolumen. Vñ diuerter liberum arbitrium colligere in se plures potentias per modū, quo totū integrale continet suas partes. Hoc autē est nō potest. Cū n. actus, qui lib. arb. attribuitur, sit unū specialis actus, scilicet eligere, non potest a duabus potentiis immediate progredi; sed progreditur ab una immediate, & ab altera mediate, inquantū. quod est prioris potentiae, in posteriori reclinatur. unde relata, quod liberum arbitriū sit una potentia.

C AD PRIMUM ergo dicendum, quod Aug. dicit liberum arbitriū esse facultatem voluntatis & rōnis: quia ad actum liberi arbitrii homo per utramque ordinatur potentiam, licet non immediate.

A D II. Dicendum, qđ liberum arbitriū non ordinatur ad actus diuersarum potentiarum, nisi mediante tecnicō actū proprio suo, vt dictum est.

A D III. Dicendum, quod Boe. attribuit lib. arb. id, quod est diuersarum potentiarum, in quantum per diuersas potentias homo ad actum liberi arbitrii ordinatur, vt dictum est.

D In corp. art. AD IIII. Dicendum, quod in parte irrationali, vel inferiori animæ est solū simplex apprehensio ex parte cognitiva: non autem alia collatio, vel ordinatio, sicut est ī apprehensione rationali. & ideo in parte sensitiva appetitus absolute fertur in obiectum sine hoc, quod aliquis ordo ex apprehensione in appetitu relinquatur. Vnde in parte sensitiva non est aliqua potentia comprehendens in se aliquatenus appetitum & appetitum, sicut est in parte rationali.

A D V. Dicendum sicut ad IIII.

ARTICULUS VI.
Vtrum liberum arbitrium sit voluntas, vel alia animæ potentias a voluntate diuersa.

E S exto queritur, utrum liberum arbitrium sit voluntas, vel alia potentia a voluntate. & videntur quod sit potentia alia. Illud enim quod pradicatur de aliqua essentialiter, nō dē potest oblique in definitione eius, sicut animal non ponitur oblique in definitione hominis: sed ratio & voluntas ponuntur oblique in definitione liberi arbitrii. dē enim facultas voluntatis & rationis. ergo liberum arbitriū nō est ratio vel voluntas: sed alia potentia ab utraque.

F **P** 2 Præt. Differentiæ potentiarum cognoscuntur secundum differentias actuum: sed eligere quod est actus liberi arbitrii, est aliud quam velle, quod est actus voluntatis, ut pater per Philos. in 3. Eth. ergo cap. i. liberum arbitriū est alia potentia a voluntate.

P 3 Præt.

QVÆS. XXIIII. DE LIB. ARBIT. ART. VII.

T 3 Præt. In nominatione liberi arbitrii, arbitriū ponitur in abstracto: sed libertas in concreto: arbitriū autem est rationis, libertas uoluntatis. ergo id, quod est rationis, essentialiter conuenit libero arbitrio: quod autem est uoluntatis quasi denominative & actualiter, & sic liberum arbitriū magis videtur esse ratio, quam uoluntas.

Dam. li. 2. c.
27. Greg. li.
7. de lib. ar-
bitrii. c. 7.

T 4 Præt. Secundum Dam. & Greg. Nisenum, secundum hoc sumus arbitrio liberi quod sumus rationales: sed rationales sumus secundum quod habemus rationem. ergo secundum quod habemus rationem sumus arbitrio liberi, & ita videt, quod liberum arbitrium sit ratio.

T 5 Præt. Secundum ordinem habituum est ordo potentiarum: sed actus fidei, quæ est habitus rationis, informatur charitate, quæ est habitus uoluntatis. ergo & actus rationis informat voluntatem, & non conuerso: & ita si actus liberi arbitrii est diuorum potentiarum, uoluntatis & rationis, unius sicut elicientis, & alterius, sicut informantis, videtur quod sit rationis, sicut elicitæ: & ita liberum arbitrium essentialiter est ratio, & sic aliter a potentia, quam uoluntas.

L. 3. c. 14. an-
te med.
Cap. 3. circa
hunc.

SED CONTRA est, quod Dam. dicit in 3. lib. 14. ca.

Text. 7. &
præced.

Liberum arb. nihil aliud est, nisi uoluntas.

T 2 Pra. Phil. dicit in 3. Eth. quod electio appetitus est præconsiliati; electio autem est actus liberi arbitrii. ergo liberum arbitrium est potentia appetitiva: sed nō est appetitus inferior, qui diuiditur p. irascibilem & cōcupisibilem, sic. n. bruta hērent liberum arbitrium. ergo est appetitus superior, & hic est uoluntas secundum Philo. in 3. de Anima. ergo liberum arbitrium est uoluntas.

RESPON.

Dicendum, quod quidam dicunt liberum arbitrium esse tertiam potentiam a uoluntate & ratione, pp. hoc quod uidentur auctū liberi arbitrii qui est eligere, differentem esse, & ab actu simplicis uoluntatis, & ab actu rationis. Nam rōnis quidem actus in sola cognitione confundit: uoluntas autem auctū suum habet circa bonum quod est finis: libe. vero arb. circa bonum, quod est ad finem. Sicut ergo bonum, quod est ad finem, egreditur a rōne finis, appetitus vero boni a cognitione: ita dicunt quodammodo, naturali ordine ex rōne uoluntatem procedere, & ex duab. tertiam potentiam, quæ est liberum arbitrium. sed hoc conuenienter stare non potest: obiectum enim & id, quod est rō obiectū ad eandem potentiam pertinent: sicut color & lumen ad uisum. Tota autem rō appetibilitatis eius quod est ad finem, in quantum hīmōi est finis. Vnde nō potest esse, quod ad aliam potentiam pertineat appetere finem, & id, que est ad finem. Nec hēc differentia, qua finis appetitur absolute, id autem quod est ad finem in ordine ad alterum, potest appetituarum potentiarum distinctionem inducere. Nam ordinatio unius ad alterum inest appetitio non per se, sed per aliud. s. per rōnem, cuius est ordinare & conserue: unde non potest esse differentia specifica constituens speciem appetitus. Vtrum autem eligere sit actus rationis, uel uoluntatis, phil. sub dubio videtur reliquie in 7. Eth. supponens tamen quod aliqua liter sit uirtus utriusque, dicens quod electio, uel est intellectus a pperitu, uel appetitus intellectui, sed quod sit appetitus dicit in 3. Eth. definiens electionem esse desiderium præconsiliati. Quod quidem uerum esse & ipsum obiectum demonstrat (nam sicut bonum delectabile & honestum, quæ labent rōnem finis, sunt obiectum appetitiū vir-

F tutis, ita & bonum utile, quo proprie elegitur) & patet ex nomine. Nam liberum arbitrium, vnde arbitrium est, est potentia, qua homo liberi ciudare potest. Quod autem dicit principium alienum actus aliqualiter fiendi, nō oportet quod sit principium illius actus simpliciter, sed aliquid significatur esse principium illius: sicut grammatica per hoc quod dicit esse scientia recte loquendi, in dicit quod si principium locutionis simpliciter grammatice potest homo loquendus quod sit principium rectitudinis in locutione ita, & potentia, qua libere iudicamus, non intelligitur illa, qua iudicamus simpliciter, quod est rationis: sed que facit libertatem in iudicando, quod est voluntatis, vnde liberum arbitrium est ipse uoluntas, nominat autem eam non absolute, sed in ordine ad aliquid auctū eius, qui est eligere:

Ad I. Dicendum, quod quantius diligenter illius actus, quam uelle: tamen ista differencia non potest potentiarum distinctionem inducere.

Ad II. Dicendum, quod quamvis iudicium sit rationis: tamen libertas iudicandi est voluntatis immediate.

Ad III. Dicendum, quod rationales dicimus non solum a potentia rationis: sed ab animali, cuius potentia est uoluntas. & sic secundum quod rationale sumus dicimus esse libenitatem. Si tamen rationis a rationis potentia immutetur, predicta auctoritas, significaret rationem de primam liberi arbitrii originem, non autem immutatum electionis principium.

Ad IV. Dicendum, quod uoluntas quodammodo mouet rationem imperando actum eius, & ratio mouet uoluntatem proponendo ei obiectum suum, quod est finis. & inde est quod utrumque potentia potest aliqualiter per aliam informari.

ARTICULUS VII.

Vtrum aliqua creatura esse possit, que liberum arbitrium habeat confirmatum in bonum.

Septimo queritur, utrum possit esse aliqua crea- tura, quæ liberum arbitriū habeat naturaliter confirmatum in bono. & uidetur quod sic natura enim spiritualis est nobilior, quam corporalis: sed aliqua natura corporalis est cui hoc conuenit, qd in ea nulla motus in ordinatio esse possit, si natura celestis corporis. ergo multo fortius potest esse alia, in cuius motibus naturaliter nulla in ordinatio est se posset, quod est esse impeccabile, vel omnimi- ri in bono. sed dicendum, quod hoc est de nobilitate creature spiritualis, qd possit metiri, & hoc esse non posset, nisi posset peccare, & non posset.

T 2 Sed contra, ex hoc competit alii creaturæ spirituali posse mereri, quod habet dominium in actu: sed si non posset nisi bona agere, nichil omnis ei sui actus dominium remanet: posset enim aliquod bonum agere, vel non agere sine hoc: et in malum incidere, vel faltem eligere inter beatum & melius. ergo ad merendum non requiritur posse peccare.

T 3 Præt. Liberū arbitriū, quo merentur grā ad-

nante, est potentia activa: sed de rōne potētia: est,

nō ē desiderio. ergo pot̄ creatura spiritualis hīc po-

tentiam ad merendū, si naturaliter sit impeccabilis.

¶ 4 Præt. Ansel. dicit quod potestas peccandi nec est libertas nec pars libertatis: sed libertas est ratio qua homo est capax meriti ergo remota potentia peccandi adhuc remanebit hoi potentia merendi.

¶ 5

Præt. Greg. Nissenus & Dama. hanc rationem assignant, quare creatura sit mutabilis secundum liberum arbitrium, quia est ex nihilo; sed propinquus consequitur creaturam ex hoc quod est ex nihilo posse in nihilum cedere, quam posse malum facere: sed inuenitur aliqua creatura, que naturaliter est incorruptibilis, sicut anima & corpora celestia. ergo multo fortius potest inueniri aliqua creatura spiritualis, que naturaliter sit impeccabilis.

¶ 6

Præt. Illud quod Deus facit in uno, potest in aliis facere: sed Deus creature spirituali dat ita immutabiliter ex sua natura rendere in aliquid bonum. felicitatem, quod nullo modo in contrarium tendere possit. ergo eadem ratione possit alieni creaturae conferre, ut ita naturaliter appetet omne bonum, quod nullo modo possit in malum inclinari.

¶ 7

Præt. Deus cum sit summe bonus, summe se communicans, unde omnis id creature communicaatur, cuius creatura est capax: sed huius perfectio- nis que est confirmatio in bono vel impeccabilitas, creatura est capax: quod pater, quia aliquip, creaturis per gratiam coeditur, ergo aliqua creatura est naturaliter in impeccabili, vel confirmata in bono.

¶ 8

Præt. Substantia est principium, virtus, virtus vero operationis: sed aliqua creatura est naturaliter immutabilis secundum substantiam. ergo potest esse aliqua creatura, que potest esse naturaliter immutabilis secundum operationem, ut sit naturaliter impeccabilis.

¶ 9

Præt. Essentialius conuenit creature quod conuenit sibi ratione principii, ex quo est, quam quod conuenit sibi ratione principii quo est: quia effectus fortiter similitudinem causę a qua est, habet autem oppositionem ad id, ex quo est, opposita autem ex oppositis fiunt, vt album ex nigro: sed confirmatio in bonum conuenit alieni creaturae a Deo a quo est. ergo multo magis dēt dici confirmation in bono naturali, quam posse peccare, quod conuenit sibi secundum quod est ex nihilo.

¶ 10 Præt. Felicitas cuiuslibet immutabilitatem habet: sed homo ex naturalibus potest peruenire ad felicitatem cuiuslibet. ergo potest habere naturaliter immutabilitatem in bono.

¶ 11 Præt. Quod non est in natura, est inmutable; sed naturaliter non potest bonum, ergo & immutabilitate.

SED CONTRA, Dama dicit, quod ex hoc creatura rōnalis flexibilis est ad malum, secundum electionem, quod est ex nihilo: sed non potest esse aliqua creatura, quae non sit ex nihilo. ergo non potest esse aliqua creatura, cuius liberum arbitrium sit naturaliter confirmatum in bono.

¶ 12 Præt. Proprietas naturae superioris non potest inferiori naturae naturaliter conuenire, nisi in iuxtae partem naturam conueniat, sicut non potest fieri, quod aqua naturaliter sit calida nisi conuertatur in naturam ignis, vel aeris: sed habere in defectibiliem bonitatem est diuinæ proprietas naturæ. ergo non potest esse quod aliqui alii naturæ conueniant naturaliter nisi in diuinam naturam conuerter, quod est impossibile.

¶ 13 Præt. Liberum arbitrium non inuenit in aliqua creatura, nisi in angelo & in homine: sed tam homo quam angelus peccat, ergo nullius creatura lib. arbitrium est naturaliter confirmatum in bono.

¶ 14 Præt. Nulla creatura rōnalis impeditur a beatitudine consequenda nisi ratione peccati: si ergo aliqua creatura rationalis esset naturaliter impeccabilis, ex puris naturalibus sine gratia ad beatitudinem posset peruenire: quod Pelagianam hæresim sapere videtur.

RESPON. Dicendum, quod nulla creatura nec est, nec esse potest, cuius liberum arbitrium sit naturaliter confirmatum in bono, ut hoc ex puris naturalibus conueniat, quod peccare non possit.

Cuius ratio est. Nam ex defectu principiorum actionis, causatur actus defectus. Vnde si quid est, in quo principia actionis nec in se deficerent possunt, nec ab aliquo extrinseco impediri, impossibile est illius actionem deficere, sicut pater in mortib. caelestium corporum. Ea uero in actionibus deficere possibile est, in quib. principia agendi possunt deficere uel impediri, sicut pater in generabilib. & corruptibilibus, que ratione suar transmutabilitatis defectum principis actius patiuntur. unde & eorum actiones deficiente proueniunt: propter quod in operationib. nature peccatum frequenter accidit, sicut pater in partibus mortuorū. Nihil. n. est aliud peccatum sive in rebus naturalibus, sive artificialibus, sive voluntariis dicatur, quam defec- tus uel inordinatio propria actionis, cum aliquid agitur non secundum quod debitum est agi, ut patet in 2. Phy. differt autem in agendo natura rationalis prædicta libero arbitrio ab omni alia natura.

Alia. n. natura ordinata ad aliquod particulae bonum, & actiones eius sunt determinatae respectu illius boni, natura vero rationalis ordinatur ad bonum simpliciter. Sicut enim verum absolute obiectum est intellectus, ita & bonum absolute voluntatis. & inde est, quod ad ipsum universale bonorum principium voluntas se extendit, ad quod nullus alias appetitus pertinere potest. & pp hoc creatura rōnalis non habet determinatas actiones: sed se habet sub quadam indifferentiā respectu materialium actionum. Cum autem omnis actio ab agente pueri sub ratione cuiusdam similitudinis, sicut calidus calefacit, oportet quod si aliquod agens est, qd f. in suam actionem ordinetur ad bonum aliquod particulari ad hoc quod eius actio naturaliter sit indefectibilis, quod ratio illius boni naturaliter & immobiliter ei insit, sicut si aliqui corpori inest naturaliter calor immutabilis immutabilitate calefacit. vñ & natura rōnalis, que ordinata est ad bonum absolute per actiones multisvariás, non potest habere naturaliter actiones indeficientes a bono, nisi ei naturaliter & immutabiliter in sit ratione universali & perfecti boni. **D. 285.** Quod quidem esse non potest nisi natura diuina. Nā Deus solus est actus purus nulli potest permissionem recipiens, & per hoc est bonitas pura & absoluta. Creatura uero quilibet, cu in natura sua habet permissionem potentiae, est bonum particulae. Que quidem permissione potentiae ei accidit pp hoc quod est ex nihilo. & inde est qd inter naturas rōnales solus Deus habet arbitrio naturaliter impeccabile & confirmatum in bono creature uero hoc iesse impossibile est pp. hoc qd ex nihilo, ut Dama. & Gre. Niss. dicunt. & ex hoc est particulae boni. **Dam. li. 3. c.** I quo tūdat ratione mali, ut Dio. dicit 4. c. de diu. noib. **27.** **Grec. li. 7. de** **li. arb. c. 6.** **Dion. ca. 6.** **parte 4.** **In corp. ar.**

AD

QVÆS. XXIII. DE LIB. ARBIT. ART. VIII.

Ad ii. dicendum, quod esse naturaliter impeccabile non repugnat ei, quod est habere dominium sui actus, cum utrumque Deo conueniat: repugnat autem ei, quod est habere dominium sui actus in natura creata, quod est particolare bonum, non nisi aliqua creatura potest habere dominium sui actus, cuius sunt determinatae actiones ordinatae ad bonum particulare.

Ad iii. Dicendum, quod quamvis non sit de ratione potestia actus, quod deficit, est tamen de ratione potestia actus, quod non habet in se suæ actionis sufficiencia principia & immutabilitas, ut deficit possit.

Ad iv. Dicendum, quod quamvis posse peccare, non sit pars libertatis arbitrii, consequitur tamen libertatem in natura creata.

Ad v. Dicendum, quod creaturæ acquiritur esse determinatum & particolare ab alio, unde creatura potest habere esse stabile & immutabile, quamvis in ea non inueniatur naturaliter ratio absoluta & perfecti boni, sed per actiones suas est ordinabile ad bonum absolute, & ideo non est simile.

D. 216.

Ca. 4. de di.
no. parte 1.
& 4.

Ad vi. Dicendum, quod felicitatem indeterminatam, & in uniuersali omnis rationalis mens naturaliter appetit, & circa hoc deficit non potest, sed in particulari non est determinatus motus voluntatis creaturæ ad quærandam felicitatem in hoc uel illo, & sic in appetendo felicitatem aliquid peccare potest, si eam querere non debet, sicut qui querunt in uoluptatibus felicitatem, & ita est respectu oium bonorum. Nam nihil appetitur nisi sub ratione boni, ut Dion. dicit. Quod ideo est quod naturaliter inest menti appetitus boni, sed non huius uel illius boni, uñ in hoc peccatum incidere potest.

Ad vii. Dicendum, quod creatura est capax impecabilitatis, sed non ita quod eam naturaliter habeat, unde ratio non requiritur.

Ad viii. Dicendum, quod principium operationis recte procedentis ex libero arbitrio, non est sola substantia & uirtus sua potestia, sed requiritur debita applicatio uoluntatis ad aliqua quæ sunt extra sicut ad finem, & ad alia huiusmodi, & ideo non existente aliquo defectu in substantia animæ, uel in natura lib. arbitrii, potest sequi defectus in actione ipsius, unde ex naturali immutabilitate substantiae, non potest concludi naturalis impecabilitas.

Ad ix. Dicendum, quod Deus est causa creaturæ non solum quantum ad sua naturalia, sed quantum ad superaddita, unde non oportet quod quicquid creatura habet a Deo, sit ei naturale, sed solum illud quod Deus ei indidit instituendo naturam ipsius & huiusmodi non est confirmatio in bono.

Ad x. Dicendum, quod felicitas ciuilis cum non sit felicitas simpliciter, non habet immutabilitatem simpliciter, sed dicitur immutabilis, quia non facile permittatur. Si tamen felicitas ciuilis esset simpliciter immutabilis, non pro hoc sequeretur, quod liber arbitrii naturaliter esset in bono confirmatum. Nam non dicimus hoc naturale, quod per principia naturæ acquiri potest, per quem modum virtutes politicae possunt dici naturales, sed illud, quod consequitur ex necessitate principiorum naturæ.

Ad xi. Dicendum, quod quamvis homo naturaliter bonum appetat in naturali, non tamen in specificali, ut dictum est, & ex hac parte incidit peccatum & defectus.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum creaturæ liberum arbitrium confirmari ualeat in bono, per aliquod ipsius gratiae donum.

In fol. ad 6.
arg.

i.p. q. 63. 2. i.

Otura posse confirmari in bono per aliquod donum

F. gratia, & utrum, quod non gratia, non superueniens natura non destruit eam, cum ergo libero arbitrio creature hoc naturaliter inest, quod ad malum nec possit, utrum quod per gratiam ei auferri non possit, ¶ 2 Præt. In potestate liberi arbitrii est uiri gratia, vel non uiri, nam liberum arbitrium a gratia cognitum potest: sed si liberum arbitriu gratia super initia uertatur, decidit in malum, ergo nulla gratia ueretur nisi potest liberum arbitrium confirmare in bono.

¶ 3 Præt. Liberum arbitrium habet dominium sui actus, sed uiri gratia est quidam actus liber arbitrii, ergo hoc est in potestate liberi arbitrii, ut non uiri, & sic per gratiam confirmari non potest.

¶ 4 Præt. Secundum hoc inest lib. arb. creaturæ uixibilitas ad malum, quod est ex nihilo, ut Damascus dicit: sed nulla gratia potest auferre creature, ut ex nihilo, ergo nulla gratia poterit liberum arbitrium confirmare in bono.

¶ 5 Præt. Bern. dicit, quod liberum arbitrium est potentissimum sub Deo, quod de gratia & uiria non recipit augmentum, nec de culpa detrimentum, sed confirmatione in bono superuenientib[us] arbitrii auger ipsum, quia secundum Augu. in his que non mole magna sunt, id est est illa maius quod melius, ergo liberum arbitrium per gratiam non potest communiquer in bono.

¶ 6 Præt. Ut dicit in libro de Causis, quod est in aliogeno, est in eo per modum eius in quo est: sed lib. arb. secundum suam naturam est mutabile in bonum & malum, ergo & gratia ei superuenientib[us] in eo recipitur, quod in bonum & malum mutari possit: & ita uidetur quod non posse ipsum confirmare in bono.

¶ 7 Præt. Quicquid Deus superaddit creaturae, potest (ut videtur) a principio sue conditions conferre ei, si ergo possit liberum arbitrium confirmari per aliquam gratiam superadditam, potest confirmari per aliquod inditum ipsi si creatura sponte libi quantum ad naturæ conditionem, & sic naturaliter esset confirmatum in bono, quod est impossibile, ut dictum est, ergo nec per gratiam confirmari potest.

SED CONTRA est, quod Sancti, qui sunt in puritate, ita sunt in bono confirmari, ut veteris peccare non possint, alias de sua beatitudine fecerit non essent, & per consequens, nec beati: non autem haec confirmatione inest eis per naturam, ut dictum est, ergo hoc est per gratiam, & ita liberum arbitrium per donum gratiae confirmari potest.

¶ 8 Præt. Sicut liberum arbitrium homini ex sua natura habet, quod sit flexible in malum, ita corpus humanum habet ex sua natura, quod sit corruptibile: sed corpus humanum dono gratiae effectu incorruptibile 1. Cor. 15. oportet corruptibile hoc inducere incorruptionem, ergo liberum arbitrium potest per gratiam confirmari in bono.

RESPON. Dicendum, quod circa hanc questionem errauit Orig. voluit enim, quod liber arbitrii creaturæ nullatenus confirmaretur in bono, nec in beatis nisi in Christo per unionem ad verbum. Ex hoc autem errore ponere cogebatur, quod beatitudinem Sanctorum & angelorum non esset perpetua, sed aliquando finienda: ex quo sequitur eam non esse beatam cum immutabilitas & securitas sit de ratione beatitudinis, & ideo propter hoc inconveniens quod sequitur, eius positio est penitus reprobanda. & ideo dicendum est simpliciter, quod liberum arbitrium per gratiam potest confirmari in bono. Quod quidem ex hoc apparet. Propter hoc non naturaliter liber arbitrium

trium creaturem in bono confirmatum esse non potest; quia in natura sua non habet per se et abso-
luti rationem boni: sed cuiusdam boni particula-
ris; huic autem bono perfecto & absoluto. s. Deo,
liberum arbitrium per gratiam vnitur. vnde si fiat
perfecta vnio. ut ipse Deo sit liberi arbitrii, tota cau-
sa agendi, in malum flecti non poterit. Quid qui
dem in aliquib. contingit & praecipue in beatis, qd'
sic pater. Voluntas n. naturaliter tendit in bonum,
sicut in suum obiectum: quod autem aliquando in
malum tendat, hoc non conringit, nisi quia malum
sibi sub specie boni proponitur. Malum. n. est inuo-
luntarium, vt Dion. dicit 4. cap. de diu. nom. Vnde
non potest esse peccatum in motu voluntatis, s.
quod malum appetit, nisi in apprehensione virtute
defectus preexistat per quem sibi malum, ut bonum,
proponatur. Hic autem defectus in ratione potest
dupliciter accidere. Vno modo, ex ipsa ratione. Alio
modo, ex alio intrinseco. ex ipsa quidem ratione;
quia inest ei naturaliter & immutabiliter sine erro-
re cognitionis boni in uniuersali, tam boni quod est
finis, quam boni quod est in finem, non autem in
particulari: sed circa hoc errare potest, ut estimet
aliquid esse finem quod non est finis, vel esse utile
ad finem, quod non est utile. & propter hoc voluntas
naturaliter appetit bonum, quod est finis. s. felici-
tatem in generali, & similiter bonum quod est in
finem: unuquisque n. naturaliter appetit utilitatem
suum: sed in hoc vel illo fine appetet: aut hoc
vel illo utili eligendo incidit peccatum voluntatis;
sed ex aliquo extrinseco ratione deficit, cum appeti-
tus inferiores que intensa mouentur in aliquid,
intercipitur actus rationis, ut non limpide, & fir-
miter suum iudicium de bono voluntati proponat,
sicut cum aliquis habens rectam existimationem
de castitate seruanda per concupiscentiam delecta-
bilis appetit contrarium castitatem, propter hoc quod
indictum rationis aliquanter a concupiscentia lig-
atur ut Philo dicit in 7. Ethi. Vt ergo autem isto
rum defectuum totaliter a beatis tolletur ex con-
functione ipsorum ad Deum. Nam diuinam essen-
tiam uidentes cognoscunt ipsum Deum esse in fine
maxime amandum; cognoscet etiam omnia qua-
ci euino, vel quae ab eo diliguntur in particulari,
cognoscentes Deum, non solum in se, sed prout
est ratione aliorum. & hac cognitionis claritate in mem-
bris roborabitur, quod in inferioribus uiribus nullus
motus insurgere poterit, nisi secundum regulam
rationis. Vnde sicut nunc immutabiliter bonum
in generali appetimus, ita immutabiliter in particu-
lari bonum debitum appetimus beatorum mentes.
Super naturalem autem inclinationem voluntatis
erit in eis charitas perfecta, totaliter ligans eos
cum Deo. Vnde nullo modo in eis peccatum inci-
dere poterit, & sic erunt per gratiam confirmati.

Ad PRIMVM ergo dicendum, quod hoc est ex
defectu naturæ creature, quod in malum flecti potest. &
hunc defectum auferit percipiendo naturam gratia con-
firmans in bono sicut lux superueniens aeti auferit
obscuritatem eius, quam naturaliter sine luce habet.

Ad II. dicendum, quod in potestate liberi arbi-
trii est non uti habitu: tamen potest hoc ipsum,

quod est non uti habitu sibi proponi sub specie bo-
ni, quod de gratia in beatis accidere non potest,
vt dicunt.

Et per hoc pater solutio ad tertium.

Ad TERTIUM dicendum, quod ex hoc quod liberum
arbitrium est ex nihilo, conuenit ei quod non sit
naturaliter confirmatum in bono, nec hoc ei per-

A gratiam concedi potest, ut in bono naturaliter p-
gratiam confirmatum sit. Non autem liberi arbitrii, ic
cundum quod est ex nihilo conuenit, quod nul-
lo modo possit confirmari in bono, sicut nec aeri
ex natura sua inest quod nullo modo possit illu-
minari: sed quod non sit naturaliter lucidus actu.

Ad v. dicendum, qd' Bernard. loquitur de libero

arbitrio, quantum ad libertatem a coactione, que

nec intentionem, nec remissionem recipit.

Ad vi. dicendum, quod eius quod recipitur in
aliquo potest considerari, & est, & ratio. Secundum
quidem esse suum est in eo, in quo recipitur per
modum recipiens: sed tamen ipsum recipiens
trahitur ad suam rationem, sicut calor recipitus in
aqua habet esse in aqua per modum aquæ, inquan-
tum. s. inest aquæ ut accidentis subiecto: tamen aqua
trahit a naturali sua dispositione ad hoc, quod fiat
calida & faciat actum caloris, & similiter lux aeris,
licet non contra naturam aeris. Ita & gratia secun-
dum esse suum est in libero arbitrio per modum
eius, sicut accidentis in subiecto: sed tamen ad ra-
tionem sua immutabilitatis liberum arbitrium
pertrahit ipsum Deo coniungens.

Ad vii. Dicendum, qd' bonum perfectum qd'
est Deus, potest esse unitus menti humanae & gratiam,
non autem per naturam. & iō p gratia liberum ar-
bitrium potest confirmari in bono, non autem p naturam.

ARTICULUS IX.

Vtrum liberum arbitrium in statu uiae possit in
bono confirmari.

Nono queritur, vtrum liberum arbitrium ho-
minis in statu uiae possit confirmari in bono.
& uidetur quod non; principium enim in appeti-
bili est finis, ut Philo dicit in 7. Ethi. sicut principi-
um in speculativi sunt dignitates: sed in specu-
lativi intellectus non confirmat in veritate certiu-
dinem scie accipiens, nisi facta resolutione ad pri-
mas dignitates. ergo nec liberum arbitrium potest
confirmari in bono, nisi postquam puererit ad ultimi
mū finē: sed hoc nō est in statu uiae. ergo liberum
arbitrium in statu uiae non potest confirmari in bono.

¶ 2 Præ. Naturam humana non est potior quam an-
gelica: sed angelis non est collata confirmatio libe-
ri arbitrii ante statum glorie ergo nec hominibus
conferri debet.

¶ 3 Præ. Motor non quietatur nisi in fine; sed li-
berum arbitrium non peruenit ad finem suum,
quandiu est in statu uiae. ergo nec eius mutabilitas
quietatur, quin possit in bonum & malum ferri.

¶ 4 Præ. Quandiu aliquid est imperfectum, potest

deficere: sed imperfectione ab homib. non tollitur, q-
diu sunt in statu viaevidemus. n. nunc per speculati-
onem in enigmate, ut dicit 1. Cor. 13. ergo quandiu homo

est in statu uiae, potest deficere per peccatum.

¶ 5 Præ. Quandiu aliquis est in statu mcrendi, nō
debet sibi subtrahi quod meritum aget: sed pos-
se peccare ad meritum proficit. Vnde in laude iu-
stitiae dicit eccl. 31. qui potuit transgredi & non est
transgressus, facere malum & non fecit. ergo quan-
diu hō est in statu uiae, in qua potest mereri, nō d-
ebet liberum arbitrium eius confirmari in bono.

¶ 6 Præ. Sicut defectus liberi arbitrii est peccatum,
ita defectus corporis est corruptio: sed corpus ho-
minis non sit incorruptibile in statu uiae. ergo nec
in statu uiae liberum arbitrium hominis potest con-
firmari in bono.

Sed CONTRA est, quod beata virgo in statu uiae
confirmata fuit in bono, nam de ea, vt dicit Aug-
ustinus de peccatis agitur, mentio fieri non debet.

¶ 7 Præ.

QVÆS. XXIIII. DE LIBERO ARBITRIO, ART. X.

T2 Præt. Apostoli per adūētum Spiritus sancti confirmati fuerunt in bono, ut videtur per hoc quod dicitur in psal. 74. ego confirmavi columnas eius, quod glo. de apostolis exponit.

RESPON. Dicendum, quod aliquis potest confirmari in bono dupliciter. Vno modo simpliciter, ita s. quod habeat in se sufficiēs suę firmitatis principium, quod omnino peccare nō posse, & sic beatitudo sunt confirmati in bono ratione prius dicta. Alio modo, dicuntur aliqui confirmati in bono per hoc, quod eis datur aliquid munus gratiæ, quo ita inclinantur in bonum, quod non de facili possunt a bono deflecti: non tñ per hoc ita retrahuntur a malo, quin omnino peccare non possint, nisi diuina prouidentia custodiēt: sicut dicitur de immortalitate Adæ, qui ponitur immortalis, non quod omnino aliquo sibi intrinseco protegi posset ab omni exteriori mortisero, viatore ab incisione gladij & alijs huiusmodi: a quibus tamen diuina prouidentia conseruabatur. & hoc modo aliqui in statu uiae possunt confirmari in bono, & non primo, quod sic patet. Non enim potest aliquis omnino impeditibilis reddi, nisi omnis origo peccati auferatur. Origo autem peccati est, vel ex rationis errore, q. in particulari decipitur circa finem boni, & circa utilia, que in vniuersali naturaliter appetit, vel ex hoc quod iudicium rationis intercipitur propter aliquam passionem inferiorum uirium. Quamuis autem alicui uiatori concedi possit, ut rō nullatenus erret circa finem boni & circa utilia in particulari dona sapientia & consilii: tamen non posse intercipi iudicium rōnisi, excedit statum viae propter duo. Primo, & principiter: quia rationem esse semper in actu recta contemplationis in statu viae, ita qd omnium oporum ratio sit Deus, est impossibile. Secundo: quia in statu viae non contingit inferiores vires ita rōni esse subditas, vt acutus rationis nullatenus propter eas impediatur, nisi in Domino Iesu Christo, qui simul uiator & comprehensor fuit: sed tamen per gratiam viæ ita potest homo bono astringi, quod non nisi ualde de difficultate peccare possit per hoc, quod ex uitritib. insufflatis inferiores vires refrenant, & uoluntas in Deum fortius inclinatur, & rō perficitur in contemplatione ueritatis diuinae, cuius continuatio exteriore amoris propueniens hominem retrahit a peccato: sed totum quod deficit ad confirmationem completetur per custodiam diuina prouidentiae in illis, qui confituntur dñi, ut siqñificuere occasio peccati se ingerat, eorum mens diuinitus excitet ad resistendum.

test autem de peccato exire, alias peccator non
præcipiteretur, Isa. 52. Recedite, exite inde, pollūm
nō tolite tangere. ergo potest peccator non peccare.

RESPON. Dicendū, qd circa hāc qstionē cōtraria
hæreses insurrexerūt. Quidā, n. extimantes naturā
mētis humana ad modū corporaliū naturālē, qd
nati sunt oē illud, in qd videbāt mētis humana in
nationē esse, hominem ex necessitate operari. Et
hoc in cōtrarios errores inciderūt. Habet n. huma-
na mēs duas contrarias inclinationes. Vtā quid in
bonū, ex instinctu rōnis. Quā cōfiderāt iūmannū
inest humana mēti ex inferiorib; uitrib; & qd
pūz fm qd sūt ex originali pētō corrupti, qd in
climat mēs ad ea eligēda, qd sunt fm carnalē cōfiden-
delectabilis. Et hāc inclinationē cōfiderant Man-
chæ dixerunt, qd hō necessario peccat, nec aliqd
mō pētū uitare pōt. Et sic viri; licet vīs cōtraris
in idē inconveniens inciderūt ut lib. arb. denegaret,
nō, n. hō erit lib. arb. si uel ad bonū uel ad malū
cōfistit impellit. Qd est inconveniens & experimen-
to, & Philophotū doctrinā, & diuinis autoritatib;
bus p̄bat, ut aliquatenus ex supradictis patet. Vide
eccl̄rio surrexit Pelagius qd volēs lib. arb. delecte-
re, gratia Dei aduersatus est, dices ab ip; Dei grā-
tia hominē.

hominem peccatum euitare. Qui quidē error maniflissime doctrinæ Euāgelicæ contradicit, unde est per ecclesiam condemnatus. Fides aut̄ catholica media via incedit, ita libertate arbitrij faluā, qđ necessitatem gratiæ non excludit. Ad cuius evidentiā sciēdum est, quod cum liberum arb. sit qđam potentia constituta infra rōnem & supra mortuum exequentem, duplīciter aliquid extra potestatē lib. arb. liberi arbitrii inuenitur. Vno modo ex hoc, quod excedit efficaciam motiū exequentis, quæ ad imperiū libe. arb. operatur: sicut volare non subest libe. arb. hominis, quia excedit vim potentiae motiū in hominē. Alio modo aliqd est extra potestatē lib. arb. quia ad ipsum rōni actus non se extendit. Cum n. adū libe. arb. sit electio quæ confilium i. deliberationem rationis sequitur, ad illud se libe. arb. extenderē nō potest, quod deliberatio nō rōni subterfugit: sicut sunt ea quæ impræmediate occurunt. primo igitur modo p̄t̄ vitatio, uel p̄t̄m potestatē lib. arb. non excedit: quia quamvis expletio peccati per actum exteriorē executionē virtutis motiū peragatur, tñ peccatum in ipsa voluntate perficitur ante operis executionem per solum cōsensum. Vnde pp defēctū virtutis motiū non impeditur libe. arb. a p̄t̄o, uel eius vitatione, quamvis interdum impeditur ab executione, sicut cum quis vult occidere vel forniciari, vel furari, nec ī pōt̄est: sed secundo modo p̄t̄m, vel eius vitatio p̄t̄ excedere libe. arb. potestatē, eo. si quod aliquod p̄t̄m subito, & quasi repente occurrit, & sic electionem libe. arb. subterfugit, quamvis libe. arb. hoc possit facere uel uitare, si ad hoc suā attentionem uel conatum dirigeret. Dupliciter aut̄ aliquid in nobis quasi repente accedit. Vno modo ex impetu passionis: motus n. ira & concupiscentiæ interdum deliberationem rationis præuenit. Qui quidem motus in illicitem tendēs ex corruptione naturæ p̄t̄m ueniale est. Et ideo post statum naturæ corruptiæ non est potestatē libe. arb. oīa huiusmodi peccata uitare, quia eius actum effugient: quamvis possit impedire aliquem istorū motiū si contra conetur. Non est aut̄ possibile, ut homo continuo contra conetur ad hm̄i motus uitandos, pp variis humanae mentis occupationes, & quietem necessariam. Quod quidem continet ex hoc, quod inferiores uites non sunt totaliter rōni subiectæ, sicut erant in statu innocentia, quam do homini hm̄i peccata omnia, & singula per librum arbitrium vitare faciliū erat, eo quod nūl lus motus in inferioribus viribus insurgere poterat, nisi fm dictamen rationis. Ad hanc autem rectiitudinem homo in præsenti per gratiam nō reduci, communiter loquendo: sed hanc rectitudinē expēdiamus in statu gloriae. Et ideo in hoc statu misericordia post reparacionem gratiæ, homo nō potest omnia peccata venialia vitare: cum tamen hoc in nullo libertati arbitrij præjudicet. Alio modo contingit aliquid in nobis, quasi repete ex inclinatione habitus. Vt enim Philoforus dicit in tertio Eta. Fortioris est in repētū timoribus impavidū & imperturbatum esse, quā in præmanifestis. Ab habitu enim est magis operatio, quanto minus est ex præmeditatione, præmanifesta enim, id est, præcognita aliquis præcliget ex ratione & cogitatione sine habitu: sed repentina sunt secundum habitum. Nec hoc est intelligendum, quod operatio secundum habitum virtutis possit esse omnino absq; deliberatio, ne, cum virtus sit habitus electiuus: sed quia haben-

A ti habitum iam est in eius electione finis determinatus: vnde qñcumq; aliquid occurrit, vt conueniens illi fini, statim eligitur: nisi ex aliqua attentiō, & maiori deliberatione impeditatur. Homo autē qui est in peccato mortali, habitualiter peccato inhāret. Quamuis n. non semper habeat habitum vitij, quia ex uno actu luxuria habitus non generatur: voluntas tñ peccantis derelicto incōmutabili bono, bono commutabili, quasi fini adhæsit. Et hm̄i adhæsio vis, & inclinatio in ea manet quoq; iterato bono incōmutabili quasi fini inhāret. Et ideo qñ homini sic disposito occurrit aliquid sagittandum, quod præcedentis electioni conueniat: repente fertur in ilud per electionē: nisi multa deliberatione scipium cohibeat. Nec tñ per hoc, qđ sic repente illud eligit a peccato mortali excusat, qđ aliqua deliberatione indiget: quia deliberatio illa sufficit ad peccatum mortale, qua perpenditur id quod eligitur esse peccatum mortale & cōtra Det. Ita autē deliberatio non sufficit ad retrahendū eū, qui est in peccato mortali. Non. n. retrahit alius ab aliquo agendo in qđ inclinatur, nisi inquit illud sibi proponit, vt malum. Ille autē, qui iam bonum incōmutabile repudiavit pro cōmutabili bono nō iā existimat vi malum, a bono incōmutabili auertit, in quo ratio peccati mortalis perficitur: vnde non retrahitur a peccando per hoc ipsum, qđ aduerit aliquid esse peccatum mortale: sed oportet ulterius in considerando procedere quoq; perueniat ad aliquid, qđ non possit non existimare malū sicut est miseria, vel aliqui hm̄i. Vnde ante quā tanta deliberatio fiat, quāta requiritur in homine sic disposito ad vitandum peccatum mortale, præcedit consensus in peccatum mortale. Et ideo supposita adhæsione lib. arb. ad peccatum mortale, sicut ad finem indebitū, nō est in potestate eius quod vitare omnia peccata mortalia, quamvis vnumquodq; possit vitare si contra nitatur: quia & si hoc vel illud vitauerit adhæsio tantā deliberationē, quanta requiritur: nō tñ pōt̄ facere quia aliqui ante tantā deliberationē præueniāt cōsensus in peccatum mortale, cū impossibile sit hominē semper, vel diu in tanta vigilancia esse quanta ad hoc requiritur, pp multa, in quibus mēs hominis occupationi. Ab hac autē dispositione non remouetur nisi per gratiā, per quā solam efficitur, v mens humana bono incōmutabili per charitatē tamquā fini adhæreat. Patet ergo ex dictis, quod nec liberū arbitriū tollimus, cū dicimus quodlibet peccatum singulariter liberū arbitriū posse vitare, vel facere: nec iterū tollimus necessitatem gratiæ, cum dicimus hominem nō posse vitare omnia peccata venialia, quamvis possit singula vitare, etiam habētem gratiam antequā gratia perficiatur in statu gloriae, & hoc pp formis corruptionē. Et cū dicamus hominem in peccato mortaliter existentem gratia destitutum oīa peccata mortalia non posset vitare, nisi gratia superueniat, quamvis singula possit vitare, & hoc pp adhæsionē voluntatis habituā ad finē inordinatū, qđ duo Aug. cōparat curvitatib; ex qua sequit̄ necessitas clausi dicāti, sic verificantur doctorū sententiæ, quæ circa hoc varijs videntur. Quorū quidā dicunt hominē absq; habituali grā gratiæ faciente posse peccatum mortale vitare, quamvis nō sine diuino auxilio, qđ hominē sua puidetia ad bona agēda, & mala vitanda gubernat: hoc n. verū est, cum ē p̄t̄m conari voluerit, ex quo contingit, vt possint singula vitari. Alij vero dicunt, qđ nō pōt̄ hō sine grā diu stare, qn peccet mortaliter.

Quæst. disp. S. Tho. LLL 4 Quod

Liberū arbitriū
sunt iā nō pōt̄
cul a princ.
tom. 7.

QVAEST. XXIII. DE LIBERO ARBITRIO, ART. XII.

Quod quidem verum est quantum ad hoc, qd non diu cōtingit hominem esse habitualiter dīpositum ad peccandum, qui occurrat sibi repente aliquod opérandum, in quo ex inclinatione mali habitus labitur in consensu peccati mortalis, cum nō sit possibile hominem diu esse vigilem ad hoc, quod sufficientem sollicitudinem adhibeat ad vitandum peccatum mortale. Quia ergo utrēque rationes rerum concludunt aliquo modo, & aliquo modo falso, ad virasque respondendum est.

AD PRIMVM ergo dicendum est, quod verbum illud Apostoli secundum diuersas expositiones potest intelligi, & de peccato mortali, & de malo peccati mortalis, secundum qd loquitur ex persona hominis peccatoris, vel de malo peccati veniali, quātūm ad primos motus, secundum quod loquitur in persona sua, vel aliorum iustorum, & vtroq; modo intelligendum est, quod cū voluntas naturalis sit ad uitationem omnis mali, non potest homo peccator facere sine gratia, vt vites omnia peccata mortalia, quātūm possit vitare singula. Et sic non potest sine gratia voluntatem naturalem implere, & similiter est de iusto respectu peccatorum venialium.

AD SECUNDVM dicendum, quod non est possibile aliquem adulterum esse in solo peccato originali absq; gratia, quia statim cū vīsum liberi arbitrii accepit, si se ad gratiā præparauerit, gratiam habebit, alias ipsa negligēt ei impunitabitur ad peccatorum mortale. Ratio etiam prædicta videtur supponere in cōueniens ad quod dicit. Si n. possibile est aliquem adulterum in solo peccato originali esse, si in ipso instanti cōtingat eum mori, erit medius inter beatos, & eos, qui poena sensibili puniuntur, ad qd inconveniens prædicta ratio dicit. Ut si in hoc vis non fieri, sciendū est, quod in peccato originali est habitualis auerſio a bono incommutabili, cū habens peccatum originale non habeat cor Deo coniunctū per charitatem. Et sic quātū ad habitualem auerſionē eadē ratio est de existente in peccato originali & mortali, licet in peccato mortali super hoc sit habitualis conuersio ad indebirum finem. Et propterea non sequitur, quod si aliquis evadat damnationem ex liberali arbitrio, propter hoc ex viribus liberi arbitrii possit gloriam acquirere, hoc enim maius est, vt patet instantia de homine in statu innocētia.

AD TERTIVM dicendum, qd homo sine gratia peccato vincitur, vt contra legem agat, quia si hoc, vel illud peccatum vitare posuit in contrariū conando, non tamen potest vitare omnia, ratione iam dicta.

In corp. art.
& ad larg.

AD QUARTVM dicendum, quod exemplum Aug. de curvitate quantum ad aliquid non est simile, qd feliciter non est in potestate tibz, ut utatur curvitate, uel non utatur, ideo oportet omnem motum tibz curvæ claudicationem esse: liberum autem arb. potest uti uel non uti sua curvitate. Et ideo nō oportet quod in quolibet actu suo peccet: sed potest quandoque uti peccatum. Est autem simile quantum ad hoc, quod non est possibile omnia utare, sicut dictum est.

AD QUINTVM dicendum, quod quātū peccatum per penitentiam non delebit trahat ad aliud inclinatio, tamen non est necessarium quod liberum arb. semper huic inclinationi obediatur: sed potest in aliquo uno actu contra eam niti.

AD SEXTVM dicendum, quod timor & ira secundum quod sunt passiones, non sunt peccata mortalia, sed uenialia, sunt enim primi motus.

AD SEPTIMVM dicendum, quod peccata dicuntur necessaria, inquantum non possunt utari omnia, quātū possunt vitare singula.

AD OCTAVVM dicendum, quod cum caro concupiscentia aduersus spiritum, est vitium, sed venialis peccati.

AD NONUM dicendum, qd necessitatem morientis concomitantur necessitas peccati, vel venialiter, vel mortaliter nisi in personis prouilegiatis. Cito & Beata Virgine, non autem necessitas peccandi moraliter, ut paret in habentibus gratiam.

AD X. respondet sicut ad septimum.

AD XI. dicendum, quod corona darunt, qui totaliter vincit mundum & peccatum. Qui autem peccatum uita, in alio perseuerans, cum suorum, non est viator, nisi secundum quid, unde non revertit coronam.

AD XII. dicendum, quod cupiditas non potest intelligi esse cogens absolute liberum arbitrium, quia semper est liberum a coactione: sed dicitur cogens propter vehementiam inclinationis, cum potest resisti, licet cum difficultate.

AD XIII. dicendum, qd liberum arbitrium potest uerbi habitu, vel non uti. Vnde non opere potest semper aliquis agat secundum habitum: sed potest aliquando contra habitum agere, licet cum difficultate. Non tamē manēte habitu potest contiger, quod diu maneat nihil secundum habitum agere.

AD XIV. dicendum, quod gratia desideri liberum arbitrium per se potest malum eligere, non tamē neceſſe est, quod abesse gratia gratiam faciente semper malum eligit.

AD XV. dicendum, quod non sequitur quod aliquis vitando peccatum uincat mundum, nisi omnino sit irremissus a peccato, ut dictum est.

AD XVI. dicendum, qd præceptum duplice obseruatur. Vno modo, qd obseruatum est meritum gloriae, & sic nullus potest sine gratia prædictum præceptum, nec alia obseruare. Alter modo, qd obseruatum facit uitare peccatum, & sic sine gratia gratum faciente obseruari potest. Primo modo obseruatur, qd substantia actus impletur cum modo conuenienti quem charitas ponit, & sic etiam præceptum prædictum d' dilectione, non tamē qd præceptum quam finis præcepti & forma alterum vice pritorum. Secundo modo obseruatur sola substantia actus adimplera, quod contingit omnino in eo, quod non haber habitum charitatis, potest enim & iniustus in ista agere secundum Philosophum in Ethico.

AD XVII. dicendum, qd ratio illa non est ad propositum. Dato n. quod aliquis non miserendo fisi in hoc quod præparet se ad penitentiam nouum peccatum committit, tamen potest hoc peccatum uitare cum possit se præparare. Nectantem oportet quod peccator quandoconque sui non miseretur peccando, qd nouum peccatum committat: sed die folium, quādō ad hoc ex aliqua speciali causa genera.

AD XVIII. dicendum, quod virtuosus potest non patet cum peccar.

AD XIX. dicendum, quod quātū habitus fener per reddant similes actus, tamen habens habitum potest exire in actum contrarium habitui, quia ab est neceſſe cum semper uti habitu.

AD XX. dicendum, qd carē iustitia potest facere actum iustitiae imperfectum, qui est iusta agere, & hoc propter principia naturalis iuris ratione iusta.

non autem potest facere alium iustitie perfectum, A qui est facere iusta iste, & sic aliquis iniulus potest interdum declinare a malo.

A xxii. dicendum, q̄ verbum Magistri nō est intelligendum sic, quod necesse sit hominē existentē in peccato mortali cuilibet tentationi succumbere: sed quia nisi per gratiam a peccato liberetur, in aliquod peccatum mortale quandoque incidet.

A' xxiii. dicendum, q̄ ideo necesse habemus in orōne dominica petere nō solū, ut peccata præterita nobis dimitantur, sed vt a futuris liberemur, quia nisi hō per gratia liberetur, necesse habet quādoq; incidere in peccatum per modum prædictum, quāuis hoc, vel illud contranitendo vitare possit.

A' xxiiii. dicendum, quod desertus a luce gratiae necesse est, vt aliquando cadat: non tamen necesse est, vt in qualibet tentatione succumbat.

Ad PRIMVM vero qđ in cōtrarium obijet, dicēdū, qđ libertati arb. præiudicare si peccatum vitare nō potest in cōtrarium conando, nō autē præiudicar libertati arb. sī hoc homo facere nō potest, vt sit in cōtinua sollicitudine resistendi peccato: homi ne autē circa hoc nō solito, pertrahit cū habituālis inclinatio in id, quod est habitui conueniens.

Ad SECUNDVM dicendū, q̄ liberum arb. propter hoc, qđ habet dominum sui actus, potest quādoq; ad hoc curam apponere, & non vt proprio deseñu. Sed quia impossibile est eum semper curam apponere, aliquando sequitur, vt in actu deficiat.

Ad TERTIUM dicendum, q̄ sine consenu liberiarb. peccatum non agitur: sed consensus nō sequitur habitualē inclinationē, nisi multa de-liberatione præhabita, vt dictum est.

Ad QUARTVM dicēdū, q̄ homo dicitur remediabiliter cecidisse, quia potest auxilio gratiae remedium habere, quānus ad hoc potestas liberi arbitrii non sufficiat.

Ad QUINTVM dicendum, q̄ non posse peccare, & non posse non peccare, sunt contraria: posse vero peccare, & non peccare est medium inter ea. Vnde ratio supponit falsum.

Ad SEXTVM dicendū, qđ eligere, & cōsiliari non est nisi eorū, q̄ sunt in nobis. Sed sicut dī in 3. Ethic. ea qua p̄ amicos facimus, aliqualiter per nos facimus. Et ideo liberū arbitriū pōt habere electionē & cōsiliū, nō solū de illis ad quā sufficit p̄ propria potestas: sed de illis ad quā indiget diuinō auxilio.

Ad SEPTIMVM dicendū, q̄ aliquis existēs in peccato mortali potest vitare omnia peccata mortalia auxilio gratiae, potest etiam ex naturali virtute singula vitare, quānus non omnia: & ideo non sequitur quod peccatum committendo non peccet.

Ad OCTAVUM dicendum, quod necessitas peccāti coactionem liberi arbitrii non ponit. Quānus enim homo per seipsum ex illa necessitate se non possit eximere, potest tamē resistere aliqualiter ei, cuius necessitas dicitur, inquantum potest singula vitare, licet non omnia.

Ad NONVM dicēdū, q̄ peccatum effectum est quasi naturale peccatori: habitus enim sicut qđā natura operatur in habente. Vnde necessitas quę ex habitu est, reducitur ad naturalem inclinationem.

Ad x. dicendum, quod secundum Aug. aliiquid potest esse necessarium, & tamen voluntarium. Necessario enim voluntas miseriam abhorret, & hoc propter naturalem inclinationem, cui assimilatur inclinatio habitus.

A' xi. dicendum, quod homo existens in peccato nullo modo potest sc̄ a peccato eximere quod iam commisit, nisi auxilio gratiae: quia non eximis a peccato quod in auerſione perficitur, nisi mens eius Deo adhucreat per charitatem, quę non ex libero arbitrio: sed in cordibus sanctorum per Spiritū sanctū diffunditur, vt dicitur Romano.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum quis in gratia existens, possit mortale peccatum vitare.

TERTIODECIMO quāritur, vtrum aliquis in gratia existens possit peccatum mortale vitare. Et videtur quod non. Nullus enim necessario habet

petere a Deo ilud, quod per seipsum potest: sed aliquis quantumcumque haheat gratiam, necesse habet petere a Deo, ut a futuris peccatis liberetur, unde 2. Corin. viii. Apostolus dicit fidelibus & fratribus loquens, Oramus autem Deum, ut nihil mali faciatis, ergo gratiam habentes non possunt peccatum mortale vitare.

¶ 2 Præt. Gratiam habentes necesse habent orationem dominicam dicere: sed in ea petitur, vt homo absque peccato perseveret, secundum expositionē Cypriani, ut Augustus narrat in lib. de Perseverantia. ergo habens gratiam non potest per le peccatum mortale vitare.

¶ 3 Præt. Perseverantia donum est spiritus sancti: dona autem spiritus sancti habere non est in potesta te gratiam habentis, cum ergo ad perseverantiam pertinet abstinere a peccato mortali usque ad finē vite, videtur quod habens gratiam non possit peccatum mortale vitare.

¶ 4 Præt. Sicut sc̄ habet nihil ad esse nature, ita sc̄ habet defectus peccari ad esse gratiae: sed creatura quā consecuta est esse nature a Deo, non potest seipsum conservare in esse nature, quin in nihilum decidat nisi manu conditoris consuetetur. ergo aliquis qui est consecutus gratiam, nō potest per seipsum facere, quin in peccatum mortale incidat.

SED CONTRA est, quod dicitur 2. Cor. 12. Sufficit tibi gratia mea: non autem sufficit si per eam peccatum mortale vitare potest.

¶ 5 Præt. Hoc uidetur ex verbis Magistri in 2. Sent. 25. dist. vbi sic dicit. Post reparationem homo ante confirmationem premittit concupiscentia, sed nō vincitur: & habet quidē infirmitatem in malo, sed gratiam in bono, ut possit peccare propter libertatem & infirmitatem, & possit non peccare ad mortem propter libertatem & gratiam adiuuantem.

RESPON. Dicendum, quod aliud est dicere posse abstinere a peccato, & posse perseuerare usque ad finem usq; in abstinentia a peccato. Cum enim dicitur aliquis possit abstinere a peccato, potentia fertur super negationem tantum, ut scilicet aliquis possit non peccare. Et hoc potest quilibet in gratia existens, loquendo de peccato mortali, quia habenti gratiam non inest aliqua habitualis inclinatio in peccatum, quin potius inest ei habitualis inclinatio ad uitandum peccatum. Et ideo, quando occurrit ei aliquid sub ratione peccati mortalis ex habituali inclinacione dissentit ab illo, nisi in cōtrarium nitatur concupiscentias sequendo: quas tamen non necesse habet sequi, & si non possit uitare quando aliquis motus cōcupiscentia insurget præueniens totaliter alium liberi arbitrij. Sic ergo, quia non potest facere, quin aliquis motus cōcupiscentia

QVÆST. XXIII. DE LIB. ARBIT. ART. XIII.

scientia insurget, præueniens totaliter actum liberi arbitrii præueniat, non potest omnia peccata venia lia uitare. Quia uero nullus motus liberi arbitrii in eo præcedit plenam deliberationem pertrahens ad peccatum, quasi inclinatione habitus, ideo potest omnia peccata moralia uitare; sed cū dicitur, iste potest perseverare usque ad finem uitę in abstinentia peccati, potentia fertur ad aliquid affirmatiuum, ut scilicet aliqui ponat se in tali statu, quod peccatum in eo esse non possit: aliter enim homo per actum liberi arbitrii non posset se facere perseverare, nisi se impeccabilem ficeret: hoc autem non cadit sub potestate liberi arbitrii, quia virtus motiva exequens ad hoc non se extendit, & ideo homo causa perseverantiae sibi esse non potest: sed necesse habet perseverantiam a Deo petere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Apostolus secundum hoc orabat, ut nihil mali facerent, in quantum ad perseverantiam in abstinentia mali sufficerent non possent, nisi diuino auxilio assistente.

Et similiter dicendum ad secundum.

AD TERTIVM dicendum, quod perseverantia duplicitate dicitur. Quandoq; enim est specialis virtus, & sic est quidam habitus, cuius actus est habere propositum firmiter operandi. Et sic perseverantiam habet omnis habens gratiam: quamvis non sit usq; in finem perseveraturus. Alio modo accipitur perseverantia, prout est circumspectio quadam virtutis designans permanentiam virtutis usque in finem vita. Et sic perseverantia non est in potestate habentis gratiam.

AD QVARTVM dicendum, quod sicut cum loquimur de natura non excludimus ea, per quae natura conservatur in esse: ita cum loquimur de gratia non excludimus diuinam operationem conferuentem gratiam in esse, sine qua nec in esse natura, nec in esse gratia aliperfisteret ualeat.

ARTICVLVS XIIII.

Vtrum liberum arbitrium possit in bonum sine gratia.

QVARTODECIMO quæritur, utrum liberum arbitrium possit in bonum sine gratia. Et uidetur qd sic, quia præceptum non datur de impossibili. Vnde Hieronymus dicit, Maledictus qui dicit Deum homini aliquid impossibile præcepisse: sed homini præcipitur, ut bonum faciat. ergo homo potest per liberum arbitrium bonum facere.

¶ 2 Præt. Nullus deber corripi, si non faciat quod facere non potest: sed homo iuste corripiatur, si omitat facere bonum. ergo per lib. arb. homo bonum facere potest.

¶ 3 Præt. Homo per liberum arb. aliquo modo peccatum uitare potest, ad minus quantum ad unum singularem actum: sed uitare peccatum est aliquid bonum. ergo homo per liberum arbitrium potest aliquid bonum facere.

¶ 4 Præt. Vnaquaque res magis potest in id, quod est sibi naturale quam in id, quod est sibi contra naturam: sed liberum arbitrium naturaliter ordinatur in bonum, peccatum autem est ei contra naturam. ergo magis potest in bonum quam in malum: sed pot in malu per seipsu. ergo multo magis in bonu. ¶ 5 Præt. Creatura in se creatoris similitudinem retinet ratione vestigij, & multo magis ratione imaginis: sed creator potest per seipsum bonum facere. ergo & creatura, & principie libe. arb. quod est ad imaginem.

¶ 6 Præt. Secundum Philosophum in 2. Ethic. per ea-

F dem corrupti virtus & generatur: sed per liberum arbitrii potest virtus corrupti, quia peccatum mortale, qd homo potest per liberum arbitrium facere, virtutem corruptit. ergo p. liberum arbitrium homo potest in generationem boni, quod est virtus.

¶ 7 Præt. I. Ioan. 5. dicitur, Mandata eius grava non sunt: sed illud quod non est grava potest homo ex libero arbitrio facere. ergo homo potest ex lib. arb. mandata implere, quod maxime bonum est.

¶ 8 Præt. Liberum arbitrium fin. Ansel. in lib. de Libero arbitrio est potestas seruandi reitudinem voluntatis, quae non seruatur, nisi bene faciendo. ergo p. liberum arbitrium potest alius bonum facere.

¶ 9 Præt. Gratia est fortior quam peccatum: sed gratia non ita ligat liberum arbitrium, quin homo possit facere peccatum. ergo nec peccatum ita ligat liberum arbitrium, quin homo existens in peccato vel gratia possit facere bonum.

SED CONTRA est, qd in Rom. 7. velle adiaceat mihi, perficere autem bonum non innemo: ergo homo per liberum arbitrium non potest facere bonum.

¶ 2 Præt. Homo non potest facere bonum, nivis actu interiori, vel exteriori: sed ad neutrum sufficiens, arb. quia vt dicit Rom. 9. non est volens, sed velle (quod pertinet ad interiorum in actionem) peccantem, scilicet currere (quod pertinet ad exteriorum) sed misericordem Dei. ergo liberum arbitrium, sine gratia nullo modo potest facere bonum.

¶ 3 Præt. Rom. 7. super illud, quod odio malum in iudeo facio, dicit Glosa: naturaliter quidem homo potest facere bonum: sed voluntas hoc semper carer efficiat, si sine gratia Dei suum velle addiderit. ergo sine gratia homo non potest efficere bonum.

¶ 4 Præt. Cogitatione boni operatione boni operatur, vt patet ex Philosopho in secundo Ethico. sed homo non potest cogitare bonum per seipsum, quia dicitur secundum Corinth. 3. non quod sufficiunt simus cogitare aliquid a nobis qualis ex nobis, ergo non potest homo per seipsum boni operari.

RESPON. Dicendum, qd nulla res agit ultra humanam speciem: sed secundum exigentiam huius speciei, quaeque res agere potest, cu nulla res propria ab eo destitutatur. Est autem duplex bonum: quod est humanae natura proportionatum: quodam vero quod excedit humanae naturae facultatem. Et haec duo bona si de cibis loquuntur, non differunt secundum substantiam actus: sed secundum modum agendi, vt pote iste actus, qui est dare elemosynam est bonum proportionatum viribus humanis, fm quod ex quadam naturali dilectione, vel benignitate homo ad hoc mouetur. Excedit autem humanae naturae facultatem, fm quod ad hoc homo inducitur ex charitate, quae mentem hominis Deo unit. Ad hoc ergo bonum, quod est supra humanam humanam, constat liberum arbitrii non possit sine gratia: quia cum per huiusmodi boni homo vitam aeternam meretur, constat quod sine gratia homo mereri non potest. Illud autem bonum, qd est humanae proportionatum potest homo per liberum arbitrium expiri, vnde dicit Augustinus, qd homo per liberum arbitrium potest agere, dominos adificare, & alia plura bona facere sine gratia operante. Quamvis autem humusmodi bona homo possit facere sine gratia gravem faciente: non tamen potest ea facere sine Deo, cum nulla res possit in naturali operationem exire, nisi per virtutem causam.

Ibidem

In expostione
ne fidei ad
Damatum Pa
pan no pro
cul a fine to
+

Exterioribus
capitom. 5.

ta propria
nom. p. inter
opera Artil.

causæ primæ, vt dñ in lib. de Causis. Et hoc verum est tam in naturalibus agentibus, quæ in voluntarijs. Tam ē hoc alio modo habet necessitatē in vtrisq;. Operationis, n. naturalis in rebus naturalibus Deus est causa, inquitū dat & cōseruat id, quod est principium naturalis operationis in re, ex quo de necessitate determinata opatio sequit̄, sicut dū cōseruat gravitatem in terra, quæ est principium motus deorum. Sed voluntas hominis nō est determinata ad aliquā vñā operationē: sed se habet indifferenter ad multas, & sic quodāmodo est in potētia, nīsi mora alicuius actuum, vel qđ ei exterius representat, sicut est bonum apprehensum, vel qđ in ea interioris operas, sicut est i. sc̄. Deus, vt August. dicit in lib. de Gratiis, & liberō arbitrio ostendens multipliciter Deū operari in cordibus hominum. Oēs autē exterioris motus a diuina prouidētia moderantur, fm̄ quod p̄ se indicat aliquem esse excitandum ad bonum, his vel illis actionibus: vnde si gratiā Dei velimus dicere nō aliqd habitualē donū, sed ipsam misericordiā Dei per quā interiorum morum mētis operatur, & exteriora ordinat ad hominis salutē, sic nec ullum bonum homo p̄t facere sine gratia Dei: sed cōter loquentes vntur nomine gratiæ pro aliquo dono habituali iustificante. Et sit patet, qđ utrumque ratione aliquo modo falsum concludunt, & ideo ad vtrafque respondendum est.

AD PRIMVM ergo dicendū, qđ illud, qđ p̄cipit Deus, non est impossibile homini ad seruandū, qđ & substantiā auctū potest ex libe. arb. seruare, & modum quo eleuator supra facultatem nature, prout scilicet sit ex charitate, potest seruare ex dono gratiæ, quamvis nō non ex solo libero arbitrio.

AD SECUNDVM dicendū, qđ recte homo corripit qui p̄cepta nō implet, qđ ex eius negligētia est, qđ gratiā nō habet per quā potest seruare mālara quā tum ad modum, cum possit nihilominus per liberū arbitriū ca seruare, quārum ad substantiam.

AD TERTIUM dicendū, qđ faciendo auctū de genere bonorum homo vitat peccatum, quamvis non mereatur p̄mū. Et ideo licet per liberū arbitriū aliquod peccatum homo possit vitare, non tamen sequitur, quod in bonum meritorium possit per liberū arbitriū solū.

AD QUARTVM dicendū, qđ in bonum, quod est connaturale homini, homo potest per liberū arbitriū; sed bonum meritorium est supra naturā eius, vt dictum est.

AD QUINTVM dicendū, qđ quāvis in creatura sit similitudo creatoris, non tamen perfecta, hoc n. folius filii est. Et ideo non oportet, quod quicquid in Deo inuenitur, in creatura innenatur.

AD SEXTVM dicendū, qđ Philosophs loqui de virtute politica qđ ex auctib⁹ acquirit, nō aut de virtute infusa, quae sola est principiū auctū meritorij.

AD SEPTIMVM dicendū, qđ sicut dicit August. in lib. de Natura, & gratia, p̄cepta Dei intelligantur esse levia amori, quæ sunt dura timori, vnde non se quitur, quod ea possit implere perfecte, nisi charitatem habens: non habens autem charitatem eti⁹ possit aliquod vnum implere quantum ad substantiam, & cum difficultate, non tamen potest implere omnia, sicut nec omnia peccata vitare.

AD OCTAVVM dicendum, qđ eti⁹ liberū arbitriū potest seruare reūtitudinem habitam, non tamen quando eam non habet.

Ap NONVM dicendum, qđ liberū arbitriū nō in-

A diger ligatione ad hoc quod in bonum meritorij non possit, quia eius naturam excedit, sicut homo etiam si non ligetur, nolite non potest.

Ad eavero quæ sunt in contrarium, patet solutio, quia vel procedunt de bono meritorio, vel ostendunt quod sine operatione Dei homo nullum bonum facere potest.

ARTICULUS. XV.

Vtrum homo sine gratia possit fad gratiam preparare.

¶ 1. 2. 3. 4. 5. 6.

Q VINTODECIMO quæritur, vtrum homo sine gratia se possit preparare ad habendam gratiā. Et uidetur quod sic, quia frusta inducitur homo ad hoc quod facere non potest: sed homo inducitur ad hoc quod se ad gratiam preparat. Zacha. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos. ergo homo sine gratia se potest ad gratiam preparare.

¶ 2 Præt. Hoc uidetur ex hoc quod habetur Apo. 4. Si quis aperuerit mihi intrabo ad eum. ergo uidetur quod ad hominem pertinet aperire cor suū Deo, quod est se ad gratiam preparare.

¶ 3 Præt. Secundum Anfelmū, causa quare aliquis non habet gratiam, non est quia Deus eam nō dedit, sed quia homo eam non accipit: hoc autem non est si homo ad gratiam, habendam sine gratia p̄parare se non possit. ergo homo se potest per liberū arbitriū ad gratiam p̄parare.

¶ 4 Præt. Isa. 1. dicitur. Si uolueritis & audieritis me bona terra comedetis, & ita in uoluntate hominis est ut ad Deum accedat & gratia repleatur.

SED CONTRA, est quod dicit loan. 6. Nemo potest venire ad me nisi pater, qui misit me, traxerit illum.

¶ 2 Præt. In Psal. 42. dicitur. Emitte lucem tuam, & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt.

¶ 3 Præt. Orando, a Deo petimus, ut nos ad se conuertam, ut patet in Psal. 84. Conuerte nos Deus salutaris noster: non autem eset necesse, vt homo hoc petaret si per liberū arbitriū se p̄parare ad gratiā posset. ergo uidetur quod sine gratia hoc nō possit.

RESPON. Dicendum, quod quidam dicunt, quod homo non potest se p̄parare ad gratiam habendam nisi per aliquam gratiam gratis datum. Quod quidem non uidetur esse uerum si per gratiam gratis datum, intelligent aliquod habitualē gratiæ donum, dupli ratione. Primo quidem, quia propter hoc ponitur preparatio ad gratiam necessaria, ut ostendatur aliquis ratio ex parte nostra, ex qua a quibusdā datur gratia gratum faciens, quibusdā nō.

Si autem nec ipsa p̄paratio gratiæ sine aliqua gratiā habitualē esse potest, aut ista grata datur omnibus, aut non: si omnibus datur, non uidetur aliud es se quam aliquod naturale donum nam in nullo inueniuntur omnes homines cōuenire nisi in aliquo naturali. Ipsa autem naturalia gratiæ dici possunt, in quantum nullis p̄cedentibus meritis homini a Deo dantur. Si autem non omnibus datur, oportebit iterum ad preparationē redire, & eadem ratione aliquam aliam gratiam ponere, & sic in infinitū & ita melius est, ut stet in primo. Secundo, quia p̄parare ad gratiam alio modo dicitur facere qđ in se est sicut est consuetum dici, quod si homo facit quod in se est, Deus dat ei gratiam: hoc autem dicitur in aliquo esse, quod est in potestate eius. vnde si homo per lib. arbit. non potest se ad gratiam p̄parare, facere quod in se est non erit p̄parare se ad gratiam. Si autem per gratiam gratis datum intelligent diuinā prouidētia, qua milericorditer homo

ad

QVÆST. XXV. DE SENSVALITATE, ART. I.

ad bonum dirigitur, sic uerum est quod sine gratia homo non potest se præparare ad habendum gratiam gratum facientem. Quod quidem patet dupli ratione. Primo quia impossibile est hominem in cipere aliquid de nouo, nisi sit aliquid quod ipsum moueat, sicut patet per Philosopham in 8. Physic. quod motus animalium post quietem necesse est præcedere alios motus, quibus anima excitatur ad agendum. Et sic cum homo se ad gratiam incipit præparare, de nouo uoluntatem suam conuertendo ad Deum, oportet quod ad hoc inducatur aliquib⁹ exterioribus actionibus, utpote exteriori admonitione, aut corporali ægritudine, aut aliquo huiusmodi, vel aliquo interiori instinctu, secundum quod Deus in mentibus hominum operatur, uel etiam utroque modo: haec autem omnia ex diuina misericordia homini prouidentur. Et sic ex diuina misericordia contingit, quod homo se ad gratiam præparat. Secundo quia non qualiscumque motus uoluntatis est sufficiens preparatio ad gratiam, sicut nec qualiscumque dolor sufficit ad remissionē peccati: sed oportet esse aliquem determinatum modum. Qui quidem modus homini notus esse non potest, cum ipsum donum gratiae cognitionem hominis excedat: non enim potest sciri modus præparationis ad formam, nisi forma ipsa cognoscatur. Quandocunq; aut ē ad aliquid faciendi requiritur aliquis certus modus operationis ignotus operari, operas indiget gubernante & dirigente. unde patet quod liberum arbitrium non potest se ad gratiam preparare, nisi ad hoc diuinus diriga. Et propter has duas rationes dupli ci modo loquendi in scripturis Deus exoratur, ut hanc preparationem gratiae in nobis operetur. Vno modo petendo quod nos conuertat, quasi ab eo in quo erramus ad se cōuerterat, & hoc propter primam rationem, ut cum dicatur. Conuerte nos Deus salutaris noster. Secundo petendo, quod nos dirigat, ut cū dicitur, dirige me in veritate tua, & hoc propter secundam rationem.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod uidetur nobis, quod conuertamus nos ad Deum, quia hoc facere possumus, sed non sine diuino auxilio: unde ab eo petimus. Tre. quarto, Conuerte nos Domine ad te & conuertemur.

AD SECUNDUM dicendum, quod nos aperire cor nostrum Deo possumus, sed non sine diuino auxilio: vnde ab eo petitur secundo Machabœoru⁹ primo, Adaperiat Dominus cor uestrū &c. Et sic dicendum est ad alia, nā nec præparare, nec uelle homo potest nisi hoc Deus in eo operetur, ut dictum est.

In corp. art.

QVÆST. XXV.

De sensualitate.

In septem articulos divisa.

- ¶ Primo, Vtrum sensualitas sit vis cognitiva, uel appetitiva tantum.
- ¶ Secundo, Vtrum sensualitas sit simplex potentia, vel dividatur in plures potentias, scilicet irascibilis & concupisibilis.
- ¶ Tertio, Vtrum irascibilis & concupisibilis sit tantum in appetitu superiori vel inferiori.
- ¶ Quarto, Vtrum sensualitas obediat rationi.
- ¶ Quinto, Vtrum in sensualitate possit esse peccatum.
- ¶ Sexto, Vtrum concupisibilis sit magis corrupta, & infecta, quam irascibilis.
- ¶ Septimo, Vtrum sensualitas in uita illa curari possit a corruptione prædicta.

ARTICVLVS PRIMVS.

Verum sensualitas sit vis cognitiva, vel appetitiva tantum. Et videtur quod si vis cognitiva, quia ut dicit Magister in secundo Sententiarum distinct. 24. quod in Anima nostra reperies aliquid commune cum bestijs, quod ad sensualitatem pertinet: sed vires sensitivæ cognitivæ sunt nobis, & bestijs communes. ergo ad sensualitatem pertinet.

¶ 2 Præt. August. 12. de Trinitate dicit, quod sensualis animæ motus, qui in corporis sensu interditur, nobis, & pecoribus cōis est, & scelus ratione sapientiæ, & hoc exponens subiungit, quippe corporis corporalia sentiuntur, ratione, & immutabilia spiritualia ratione sapientiæ, liguntur: sed sentire corporalia est cognitio, ergo sensualitas, cuius ē actus sensualis motus, est vis cognitiva. Sed dicendum, quod Aug. hoc subiungit, ut manifestet obiecta sensuum: sic enim motus sensualitatis intenditur in corporis sensu, in quantum versatur circa sensibilia.

¶ 3 Sed contra. August. hoc subiungit ad offendit, quomodo sensualitas a ratione secludatur: sed circa corpora, que Augustinus dicit esse obiecta sensuum, ratio veritatis, & inferior disponit, & superior iudicando, & sic per hoc non secludit sensualitas a ratione. ergo Augustinus non intendit hoc, quod dicitur.

¶ 4 Præt. In progressi peccati, quod in nobis, ut Aug. ibidē dicit, sensualitas tenet locum secessus: serpens autē in tentatione primoru⁹ patenti habuit, ut nuntians, & proponens peccatum, quod est cognitiva, nō aut appetitiva, gaens etiam peccatum. ergo sensualitas est vis cognitiva.

¶ 5 Præt. Augustinus dicit, in eodem libro, quod sensualitas vicina est rationi scientiæ, non autem vicina est, si est solum appetitiva, cum ratio sit sit cognitiva: sic enim ad aliud genus poterit anima pertineret. ergo lenitatis est cognitiva, & non tantum appetitiva.

¶ 6 Præt. Sensualitas secundum Augustinum decimo de Ciuitate Dei distinguitur, & a ratione superiori, & ab inferiori, in quibus appetitus superior, qui est voluntas, continetur, alias in eis peccatum mortale esse non posset: sed appetitus inferior non distinguitur, ut alia potentia ab appetitu superiori, ut probabitur. ergo sensualitas non est appetitus inferior, est autem aliqua vis animæ inferior, ut ex eius definitione apparet. ergo est vis cognitiva inferior. probatio media, differentia per accidentes obiectorum non indicat differentiam potentiarum secundum speciem: non enim vias dividuntur per hoc, quod est videre hominem, & videre alium homo enim, & alius accidenti visibili: in quantum est visibile: sed appetitus apprehensum a sensu, & apprehensum ab intellectu, per quod videantur superior, & inferior appetitus distinguuntur, accidenti appetibili in quantum est appetibile, cum appetibile in quantum appetibile, sit bonum, et accedit apprehendit sensu, vel intellectu. ergo appetitus inferior non est alia potentia a superiori, sed dicendum, quod duo appetitus prædicti distinguuntur per bonum simpliciter, & bonum, ut punc.

¶ 7 Sed cōtra, sicut se hēt intellectus ad verū, ita se habet appetitus ad bonū: sed verū simpliciter, qd